

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

41. Principes Confœderati moram exprobant vitatem. Et Mogintinus
Legatum mittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

vitate tentent, urgeantque. Quod si à Principe eos iterum rejici contigeret, deliberatum Hollandis justo exercitu cinctam Urbem liberare, aut præsidio majore firmatam, adversus quemcunque impetum tueri.

Verùm Confœderati Principes, cum 41.
machinis tantum quatí Urbem, ignibúsq; *Confœderati*
deformari, solam *asperi collis munitiūn-*
culam impugnari, defendique, intérque *Princi-*
eruptiones nunc pellere, nunc pelli tantum *pes mo-*
obsessos informantur, protractam tot heb- *ram ex-*
domades unius, & hujus quidem Civitatis *probrāt*
obsidionem, probrum interpretati, haud *Ducibus.*
omittunt moram hanc ceu temporis jactu-
ram, segnitiemque suis exprobrare. Sed
hi nimiā gerendæ rei facilitate ostentatâ
lulos se, & paucitatem copiarum, ac Ci-
vium obstinationem causati, haud difficul-
ter veniam meruerunt. Principes igitur
existimationis suæ interesse certi, ne de-
esse viderentur, Duce *Clarisio* novas mille *Plures*
armatorum suppetias mittunt; quódque *copias*
Hollandorum mentem docti, ex ea parte, *submit-*
adversa subtimescerent, serio monent mi- *tunt.*
litiæ suæ *Praefectos*, intentiore curâ rem
agant; ac nihilominus tentandis iterum
Obsessorum animis alteras Monasteriensi-
bus litteras scribunt. *Animo sanè bene-* *Scribunt*
volo & ipsius Urbis saluti consulere vo- *iterum*
lentes bortatos semper, ut *legitimo ad Civi-*
Z 5 *Prin-* *tatem.*

1657. Principi suo fidem obedientiamque debitam præstarent, præsidiumq; non importunum, sed tolerabile Civibus, imponi sibi paterentur. Verum aures salutaribus adeo monitis hucusq; obtusis, animumq; pertinacem in capta adversus Herum contumaciæ obduraſſe. Faciliſſic negotio fieri posse, ut dum privilegiis, juribūſq; uti volunt, quibus non debeant, forte exuantur iis, quæ non debeantur. Sed cum adhuc omni Civitatem periculo, tumultuque exempliam, et exitium quodcūnq; tam à Civibus, quam toto Principatu Monasteriensi procul remotum velint, eadem benevolentia adactos iterato monere, ne immerenti saltē sexui, uxoribus, prolibusque lengiori obstinatione malum gravius arceſſant, sed præſidium haud grave, nec indecorum, non coacti ſed excipient volentes. Fide Principum cauturos ſe, ne quid contra leges, quibus illi recte vivant, Praeful agat; ipſosque ſi quid jure aliquando obtineant Cives, hoc quaticūnq; obsequio nequaquam amissuros. Quod ſi vero contra ſpem bene consulentibus parentes eſſe nolint, DEUM hominesque testari innoxios ſe fore, quidquid porro damni eventurum ſit. Exercitum enim Urbis obſefforem extrema tentaturum, atque ita ſerio iuſsum eſſe.

Hac

Hæc eadem, ut nihil non serium videretur, ab ipso Electoris Moguntini Legato, qui per eos dies cum authoritate interponendi missus haud procul ab Urbe erat, Civium delegati coram audiérunt. Is sub initium vehementius in Civitatem invectus, quæ postposito non solum Princis sui, sed & DEI honore, ipsaque religione Catholicâ majore (nescius) pertinaciâ, an levitate templa, scholas, sacra ipsa cum fœdere Hollandis obtulisset; postquam à Consule Timmerscheidio contra afferente de religione ne quidem cogitatum esse, ac fœdus ipsum Hanseaticæ societati permisum, nullâ Imperij lege reprobari, longâ oratione didicisset, mitior factus, ut præsidium admitteret Civitas, cederetque Principi tesseram militarem, consultandi tempus dedit.

Jamque advenerant plures à Confoederatis copiæ auxiliares cum majore bellico apparatu. Et quia peritiores dudum suaferant, si quidem captam Urbem vellet Princeps, oportere pluribus eam, & quibus potissimum habitetur locis oppugnari, ex alterâ nunc etiam Civitatis parte adversus portam Horstianam castra posuerunt. His impositus est Lucas Spickius Moguntensis militiae Dux. Id nonnulli vel eò Duce consultiū jam pridem judicârant, quod inter hunc & Golsteinium copiarum Neoburgici

1657.

Mogun-
tinus ad
Urbem
Lega-
tum mit-
tit.

42.

Urbs ex
alterâ
etiam
parte
oppugna-
ri capta.

Spickie,